

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Chronicon Skibyense

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 107. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415584912608/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

*Chronicon Skibyense*

107

multis annis fuerat eiusdem ecclesie Haffnensis tutor et dispensator, que sub illius tutela suscepserat multa et preclara incrementa, rebus testantibus. Hic multis annis graui egritudine laborabat, cuius tolerans, tia pie credimus abolitum esse atque expiatum, quod per illum humana fragilitate in uita designatum est, maxime cum largiendis eleemosynis multis liberalibus uiris prestaret. Vnde ob insignem erga pauores benignitatem, omnium ore et uoce celebratus est.

10 Semper enim in mente habebat hoc Christi uerbum: Date eleemosynam et omnia munda sunt uobis. Desideratur adhuc hodie, et posthac etiam multis annis desiderabitur, quem tulit dominus, ne uiderent illius oculi abominationem illam horrendissimam,

15 a Lutheranis postea factam, permittente Friderico sacrilego rege, sub Ioanne Taussøn omnium hereticorum pertinacissimo.

Eodem anno mense Maio, xxviii die mensis, cum  
78 per uniuersam Cimbriam serperet uirus | Lutheranice  
20 factionis, submersus est quidam Ioannes Esberni sacerdos, sacerdotisque filius, iuxta Olburgam, eiusdem factionis pertinacissimus sectator. Erat autem filius domini Esberni olim canonici Vibergensis. Iste Ioannes post multas in deum ac diuos omnes sanctaque ecclesie sacramenta blasphemias, cum dixisset execrabilis sua lingua, se malle perungi stercore bouino, quam Chrismate aut oleo uerbo dei et solenni benedictione sacrato, baptisassetque in fonte baptismatis diue uirginis statuam, iamque probe  
25 potus, tactus est fatali quodam desiderio, maris simum, qui eandem urbem alluit, transmittendi. Cumque soluisset a littore, precepis in mari delapsus sub-

Lutheranus  
quidam  
submersus.

mersus est, puero tamen periculum euadente, quem dictus Ioannes scapham secum coegerat ascendere. Occulta quadam dispensatioue diuina factum est eisdem temporibus, in ultionem scortacionum sacerdotialium, ut nulli magis fauerent impie secte quam

5

Sacerdotum filij inter Lutheranos famosissimi. sacerdotum spurii, inter quos erant plerique michi noti, sed multo plures pluribus. Primus michi notus erat iste Ioannes, filius domini Esberni canonici Vibergensis. 2<sup>us</sup> quidam magister Ieorgius cuiusdam Vicarii Vibergensis filius, cuius sororem, Dorotheam nomine, magister Ioannes Taussøn, omnium priapistarum in Dacia primus, duxit uxorem. 3<sup>us</sup> sceleratissimus quidam dominus Laurentius Hwijd, Sigisberte secretarius, filius domini Petri Hwijd etiam Canonici Vibergensis. 4<sup>us</sup> quidam D. Ioannes, olim 15 Cancellarius episcopi Vibergensis. | Nouissimus carmelita quidam lector, nomine Mauritus, filius cuiusdam prepositi in Sampsøø. Hic erat callide impudens et impudenter callidus. Taceo alios quosdam michi propius notos, de quibus forte olim, si uita 20 fuerit comes, sum scripturus, nempe completa ipso- rum malicia.

Fridericus rex palam fit Lutheranus. Eodem anno mense Iunio, cum ante biduum Haffiam intrasset Fridericus sacrilegus rex, Christierni secundi famosi tyranni successor et patruus, unacum 25 Magno Gøye equitum magistro, aliisque Holsatis multis, cepit Lutheranorum more feris sextis carnisbus uesci, quibus Christiani omnes a temporibus apostolorum carnibus abstinuerant. Hoc pessimo exemplo Sialandis prius inaudito multi sunt scandalisati. Nec dubium quin eiusdem magistri equitum consilio factum sit, quod is totis uiribus Lutheran-

76

30